



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

*Q. D. B. V.*  
DISSERTATIO PHILOSOPHICO HISTORICA

---

QVAE

**PRINCIPIVM IVRIS NATVRAE  
HOBBESIANVM EX HISTORIA  
GERMANIAE ILLVSTRATVM**

EXHIBET

---

DIVINA ADNVENTE GRATIA  
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS CONSENSV  
AD PVBLICAM ERVDITORVM DISQVISITIONEM  
PROPOSITA

A

P R A E S I D E

**GOTTLOB. AVGVSTO TITTEL**

PHILOSOPH. DOCTOR. IN ACAD. IENENSI  
SOCIETAT. QVAE IBI FLORET LATIN. SODAL. HONOR.

ET

R E S P O N D E N T E

**CHRISTOPHORO CHRISTIANO STVRMIO**

AVGVSTA-VINDELICO  
SANCTIORIS DOCTRINAE CVLTORE ET SOCIET. LAT. IENENS.  
SODALI ORDINARIO.

DIE XXVII. SEPTEMBR. CICDCC LX.

---

IENAE  
LITTERIS STRAVSSIANIS.





## S E C T I O I.

VBI PRAEMISSA BRÉVI DE PRINCIPIIS  
IVRIS NATVRALIS TRACTATIONE, IN SENSV  
ET VERITATEM ILLIVS INQVIRITVR, QVOD  
HOBESIVS OLIM STATVEBAT.

---

### S L.

Maxima sane in eo est omnis historiae vti-  
Instituti-  
litas, vt ius naturae et gentium inde ratio indi-  
exemplorum vbertate locupletetur; et catur.  
iuris naturalis scientia magnam itidem  
tum historicae cognitioni affert clarita-  
tem, cum ea, quae fiunt, ad illius  
principia reuocata adcurate discutiun-  
tur. Quam quia intelligo esse harum rerum rationem,  
eo semper respici debere arbitror, vt haec duo scite  
copulata, suaui quodam et intimo quasi vçantur com-  
mercio. Cuius quidem rei specimen nunc editurus,  
illud, quod HOBESIVS statuit, iuris naturae princi-  
pium ex historia Germaniae illustrandum sumsi. Ante  
vero quam mentem HOBESII exponam eaque de re  
vllum ferre possim iudicium, generatim quaedam pra-  
mittenda videntur, quo facilius ea, quae deinde erunt  
dicenda, diiudicari queant.

## §. II.

Principium vocatur id, quod rationem alterius continet. Illud autem, cuius ratio in alio continetur, dicitur principiatum. Ratio haec infert dependentiam, aut realem, aut solummodo cogitationum. Haec in quo reperiatur, idem principium cognoscendi dici solet; illa vero sic ubi deprehensa fuerit, constituit principium essendi latto significatu, ita quidem ut nondum sit certum, vtrum id, cuius est principium essendi, proprie in essendo an in fiendo ab illo dependeat. Haec enim longe differunt, quoniam posterius semper ponit initium existentiae, prius non item. Namque omne quod sit, ante non fuit; ex eo autem quod aliquid sit, nondum sequitur ante id non fuisse. Quare noua oritur principii essendi diuisio in principium fiendi et essendi stricte tale; quae tamen non admodum ad rem meam facit.

## §. III.

Series principio-  
rum quo-  
modo con-  
cipiatur.  
Quid prin-  
cipium.  
Id quod alterius rationem continet, adeoque est eius principium (§. anteced.) alio modo potest esse principiatum. e. g. fac B. principium alterius C. iam eidem B. non repugnat alio respectu esse principiatum, si nimirum referas ad A. quod ipsius rationem complectitur. Ex quo concipi potest series quaedam eiusmodi principiorum, quae semper aliò intuitu spectari debent ut principiata. Quodsi igitur in tota illa serie, quam menti obiicio, vsque ad illud fiat progressio, quod ulterius sui principium non agnoscit, id primum vocatur. Prout illa series aut cognoscendi aut essendi principia continent, sic illud, quod primum in ipsa locum occupat, erit quoque aut cognoscendi aut essendi principium primum.

## §. IV.

Princip. absolute  
Quaelibet disciplina continet multitudinem veritatum connexarum. Quae sunt connexa, eorum unum conti-

\*\*\*

continet rationem alterius. Id quod alterius rationem et respecti continet, principium audit. Adparet itaque in omni ue pri- disciplina esse tales principiorum seriem, qualem §. anteced. exposui. Quidquid igitur in hac veritatum homogenearum catena siue serie primum locum obtinet, id primum erit eius, quam illae veritates consti- tuunt, disciplinae principium. Perspicuum est ex eo, quomodo differunt principium absolute seu simpliciter primum et respectiue siue secundum quid tale. Illud omnino non habet vltiorem sui rationem; hoc tan- tum pertinet ad certam disciplinam in eaque vltiori ratione destituitur.

### §. V.

Primum disciplinae principium est illud, vnde eo- Primum rum omnium, quae in ea continentur, vltimata reddi princip. debet ratio. (§. anteced.) Illud fieri nequit nisi ope ra- semper tiociniorum. Omne ratiocinium praestruit sibi vniuer- est vniuer- sale quoddam principium, quia ex nudis propositioni- sale. bus ex parte tantum veris nihil sequitur, vt Logica ab- unde docet. Consequens igitur est, vt, quod primum alicuius disciplinae principium statuamus, idem sit vni- uersale.

### §. VI.

Ne aliena haec ab instituto meo videantur, statim Adplican- nunc adiicio eorum adplicationem ad id, de quo ma- turhaec xime mihi agendum. Si principium aliquod iuris natu- ad ius ma- ralis constituamus, prima nobis cura sit, quo sensu il- turhaec lid vocabulum accipiatur. Ius enim naturae siue obie- tive, siue subiective sumatur, infert complexum le- gium. Lex sine obligatione nulla est. Illa vero obliga- tio spectari potest primum ex ratione, quae eam consti- tuit, deinde ex ratione vnde eadem cognoscitur. Pro duplii hoc respectu duplex emergit istius vocabuli (prin- cipiis) significatio §. II. euoluta. Namque illud, quod volumus iuris naturae principium, aut est solummodo legum naturalium earumque obligationis principium



cognoscendi, seu vnde nobis ea innotescat; aut essendi siue tale quod efficit ut obligatio adsit vel nemine eam cognoscente.

### §. VII.

**D**iscrimen principii cognoscendi et obligatorum iuris naturalium. Potest quidem saepius principium essendi idem esse quod cognoscendi; non vero est semper ita; vt, literae nomine principis locis publicis affixaes, mandatum quoddam exhibentes, sunt id, ex quo intelligo quid facere oporteat adeoque principium cognoscendi suppeditant. Longe autem diuersum est principium constitutae obligationis seu essendi, quod in ipsa a voluntate principis dependentia situm est nobisque inculcat actiones nostras ad eam adcommmodandas. Magna in hac parte ob neglectam harum rerum distinctionem, est quorundam doctorum iuris naturalis inconstantia, ea, quae aliquando conueniunt, semper pro iisdem habenda existimantium.

### §. VIII.

**V**trumque quantum principium iuris naturalis continet leges quae naturales vocantur. Illud itaque quod ultimatam harum legum continent rationem et qua nulla prior cogitari potest, est primum iuris naturalis principium (§. IIII.). Leges naturae duplcem admittunt considerationem, nimirum primum ex eo, quod constitutae obligationis rationem continent; deinde ex eo, quod eiusdem a nobis cognoscendae principium exhibet (§. VI.). Erit igitur aliud principium cognoscendi primum iuris naturalis; aliud essendi seu obligatorium. Illud foret vnde omnes ac singulæ leges naturae tanquam conclusiones deduci, probari atque cognosci possent. Hoc autem nihil inuoluit nisi ut in eo ultimata existat ratio, cur iis omnibus insit obligatio, per se quidem, nec vlla ad cognoscentem facta relatione.

### §. VIII.

## §. VIII.

His recte obseruatis distinctior iam ac brevior est responso ad quaestionem detur ne primum aliquod iuris naturae principium? Pro diuersa istius vocabuli acceptione negando et affirmando respondere posse mihi videor. Si de primo quodam leges naturales cognoscendi principio sermo sit, non modo non necesse est, statuamus eiusmodi aliquod, verum ne fieri quidem potest. Quaevis enim lex naturalis infert obligacionem. Obligatio oritur ex nexu motiuorum cum liberis actionibus. Motiva nobis exhibent actionum consecratio. Illa vero (consecatoria) ex earumdem (scil. actionum) notione erui debent. Ut igitur cognoscatur, quid sit iuris naturae, fiat evolutio notionis singularum actionum eaque adeo est principium cognoscendi. Quanta est igitur actionum diversitas earumque notionum, tantum quoque est multitudo principiorum cognoscendi. Quae cum ita sint, nullo pacto affirmari potest, dari unicum quoddam, primum et vniuersale principium cognoscendi iuris naturalis.

## §. X.

Sin de eo agatur, quod constitutae obligationis, iis, affirmando. quae naturae conuenientia a nobis cognoscuntur, obtemperandi, rationem continet; dubium plane non est, quin tale principium existat, quod primo omnium loco debet poni. Cum enim leges naturae eiusdem omnino sint generis, quippe quae sunt naturales, omnes quoque vim suam obligandi ex uno eodemque fonte derivare consequitur. Nam si aliunde peterent, non forent eiusdem generis. Ex quo intelligitur, id ipsum quod legibus naturae vira obligatoriam impertit, unicum esse debere, vniuersale ac primum iuris naturalis principium. Ex ipsa notione actionis, dixerit quispiam, soluuo enascitur obligatio. Nego: notio enim rei me quidem dubium docet, quid naturae conueniat nec ne, et quid agendum

dum aut omittendum, si eam sequi velimus. Sed id, quod efficit ut, quae naturae consentanea visa sunt, vim legis habeant, longe aliud est. Quale vero illud sit, iam non differo; sed quae hactenus a me disputata sunt, in eam protuli sententiam ut, quid de ~~HOBESII~~ principio statuendum sit, nunc explicem.

### §. XI.

**Quale  
Hobbesi  
fuerit  
princip.  
prim.**

Ille quidem primi in iure naturae fundamenti loco ponendum existimabat: statum naturae bellum esse omnium aduersus omnes <sup>a)</sup>. Ipsius haec sunt verba: *negari non potest quin status bominum naturalis, antequam in societatem coiretur, bellum fuerit, neque hoc simpliciter, sed bellum omnium in omnes.* Idque principium adeo faecundum putabat, ut ex eo omnium legum secundum naturam homini erga hominem obseruandarum rationem ac vim deduci posse arbitraretur. Belli enim iustitia cum in auertenda et repellenda non inferenda iniuria ersetur nec vñquam a viro bono bellum suscipi debeat nisi iniuria lacescito; magnam in eo adhibendam esse docet cautionem ne cui temere belli occasio detur sed quoquo modo fieri possit, pacem et communitatem inter homines colendam ac retinendam. Et ex his non omnino incommode disputat de seruanda pactorum, promissorum ac religionis fide; de iustitia in contrahendis omnis generis negotiis; de mutua beneficiis se inuicem excipiendi voluntate; de fugienda quaque alterius offensione; de iure quod laeso competit in laudentem et coeteris. In quibus quid secundum naturam sit aut contra, loco cit. Cap. II. et III. ita per-scrutatur ut vltimam eorum rationem semper ad id, quod tanquam basin iuris naturae constituit, bellum referat.

### §. XII.

<sup>a)</sup> Element. philos. de cito cap. I. §. 12.

## §. XII.

Si quaeris, quo factum sit ut HOBESIVS in illud Quaenam principium incideret? mihi quidem de eo sic videtur. buic principio occasio fuit. Ex comparatione societatis cum statu naturae intelligebat, imperium esse praecipuum characterem ciuitatis. Illud autem requirit, ut ius belli gerendi in principem, aut personam ciuilem, ut aiunt, delatum sit. Contra in statu naturae omnes atque singuli aequali plane ratione eodem iure laetantur aduersus quemcunque nocendi animum declarantem. Inde facile iu eam deductus est opinionem, posse illud idem ius belli quod in statu naturae singulis competit, fundamenti loco poni omnium eorum, quae secundum ius naturae fiant. Cum enim multa in hanc rem verba fecisset, paulo post, vbi ad ciuitatis constitutionem se conuertit, oppositam eius esse rationem ostendit: *b) intelligendum ergo est, singulos ciues in unum vel hominem vel concilium totum hoc ius belli et pacis transtulisse, atque hoc ius, quod gladium belli appellare possumus, esse eiusdem hominis vel concilii, cuius est gladius iustitiae. Summo itaque imperio uterque gladius tam belli quam iustitiae ex ipsa ciuitatis constitutione et essentialiter adhaeret.*

*Nota.* **Concilium Hobbesio** denotat eam imperii constitutionem, quia non in unum sed plures illud est delatum. **Gladius ipsi** in hac re idem est, quod ius. Itaque **gladius iustitiae** est ius puniendi ciues; **gladius belli** vero ius belli gerendi.

## §. XIII.

Sed inquiramus paulo curatius in eorum veritatem, Vlterior de eodem disputatio instituitur quae modo hactenus recensui. Duo sunt meo quidem iudicio hic discutienda. Primum est, possitne pro tali illud haberi principio iuris naturae primo et fundamentali, quale esse voluit HOBESIVS? alterum vero in eo versatur, num ea, quae propositione illa: status naturae

B

est

*b) loc. cit. cap. vi. §. 7.*

est bellum omnium aduersus omnes, continetur, per se spectata vera sint? De utroque separatis et recto ordine discipiemus,

### §. XIII

Num pro primo haberi possit? Quod ad primum attinet, ex iis diradicari debet, quae supra §. VIII. dicta sunt. Exinde enim patet, si quod stabilire velimus primum iuris naturae principium, ultimatam ex eo omnium legum naturalium rationem intelligi debere. Illud igitur quod aut non *ultimatam* aut non *omnium* rationem continet pro primq; haberri nequit. Ob utriusque horum defectum non habesi principium non esse primum luculenter nunc demonstrabo. Id quo facilius adpareat, animum aduertamus ad eam, qua Hobbesius vtitur, ratiocinandi rationem. Nimirum vt iam dixi, ponit fundamenti loco, bellum omnium aduersus omnes. Iam docet, bellum non temere aut iniuste esse suscipiendum, addita ratione, quoniam bellum aduersatur felicitati nostrae. Ex eo porro evincit, paci, quantum fieri possit, studendum esse et omnia quibus ea rumpitur studiofissime vitanda. c) Quis non intelligit eo quidem ordine ipsius cogitationes se exciperre? Quidquid felicitati nostrae aduersatur, fugiendum est. Bellum aduersatur felicitati nostrae. Ergo fugiendum est bellum. Perspicuum plane est in maiori propositione praestruere aliud quoddam principium, nempe illud: agas tui perficiendi causa. Fac id non esse, nihil omnino ex illo bello omnium aduersus omnes poterit inferre. Tale principium, quod aliud prius admittit in eadem disciplina, non ultimatam in se continet rationem adeoque pro primo haberri nequit.

### §. XV.

Continetur altera demonstrationis pars, vt ostendam, ex ea quoque ratione primum vocari non posse, quod ne omnium

c) vid. loc. cit. cap. 1. §. 13. 15.

**vmmum** quidem legum naturalium ratio inde reddi potest. Si vel maxime ego concedam, posse ex eo omnia deduci, quae ab homine in hominem seruari debent; ne minima tamen exinde ratio adparet eorum quae nos ipsos spectant. Nemo sane negabit, esse officia quae ex lege ac dictamine naturae nobis intinenda sunt non alius sed nostri caussa. Cura atque entus corporis itemque ingenii perpoliendi et reliquas animi facultates excelen- di studium, ad quem pertinet, nisi ad eum, cuius haec sunt? sed quis ex bello aut pace cum aliis colenda deducere audebit obligationem ad ea quae nuncupauit? Nullam per se infertunt haec cum aliis coniunctionem. Bellum autem et pax cogitari omnino non potest sine eo, cum quo aut pace utiamur, aut bellum nobis intercedat. Hinc liquido adparere arbitror principium **HOBBESSI** esse incompletum atque insufficiens.

## §. XVI.

Interim nimio Aristotelicae philosophiae studio **HOBBESSI** statuisse videtur ea, quae ad nos ipsos pertinent, eatenus tantum ut leges naturae spectanda; quatenus alii exinde aliquid utilitatis aut incommodi perciperent. **ARISTOTELES** enim in ea est sententia; hominem se ipsum iniuria afficere non posse. Quare cum omne, quod contra legem sit, iniuria fiat, quid illocarius esse potest, **ARISTOTELEM** statuisse, naturae praecepta, quae erga nos ipsos seruari vult, habere tantum vim legis propter id, quod ad alios inde redundat commodi aut detrimenti. Ipse in hanc rem profert alio quod exemplum, d) ὁ δε δι ὄργην οὐτοὺς φέρτων, εἴνων τότε δρᾶ παρὰ τὸν ἐρθόντον νόμον ὁ γά τοι ὁ νόμος τοικεῖ αἰδεῖ αἰδα- τία; ή τὴν πόλιν, αὐτούς δε τοι, εἴνων γαρ πάσχει αἰδικεῖται γαρ δυθεὶς εἴνων. Qui vero ex indignatione sibi ipsi mortem consci- seit, facit illud sponte contrarectam legem, quod non permittit lex. Injuriam igitur facit, sed cui? ciuitati quidem, non sibi,

Error  
Hobbesi

d) ethicor. lib. v. cap. II.

*Sponte enim patitur. Nemo autem iniuria afficitur sponte sua.* Non recte haec. Vera quidem est regula: volenti iniuriā non fieri, nimirum ab alio, sed longe abest ut inde efficiatur, hominem secum iniuste agere non posse, quoquo modo agat. Namque ob aequalitatem naturalem nulla adesse videtur ratio, cur aliena utilitas arctius me lege adstringat quam propria.

## S. XVII.

Quis  
veri ei-  
dem inest.

Ad id nunc progredior, quod secundo loco positum est, ut perspiciamus, quid veri insit illi ROBBESONI principio in se spectato. Cum ego omnia animo complector et adcurate perlustro quibus status naturae absoluatur, multa omnino invenio, quae fidem mibi faciunt, esse bellum et tale quidem quod omnium aduersus omnes vocari possit. In his I. est perfecta omnium aequalitas. Certe enim nemo inficias ibit, diuersos hominum ordines siue id, ut alter altero dignior existimat non esse iuris naturae sed ex voluntate atque consensu hominum in ciuilem societatem coeuntium ita constitutum. His enim, qui, pro praesenti rerum humanarum conditione, auctoritate, opibus ac potentia rempublicam eiusque bonum maxime adiuuare possunt, praecipuos concedi honores, legibus bene constitutae ciuitatis optime responderet. Sed natura haec ignorat. Illa quidquid habuit, aequaliter dispertivit. Quid inde? patria omnibus iura, nec quidquam unus sibi sumere debet iuris quod non alteri in eundem competit. Quare imperium in statu naturae ne cogitari quidem potest. At obiiciat quis, pro diuersitate mensurae, qua natura in distribuendis animi corporisque bonis vtatur, omnino etiam in statu naturae adiutu posse aliquam inaequalitatem. An non, qui mentis acumine et ingenii praestantia longe alios superat, dixerit ille, et quem ipse sapientissimus naturae auctor hoc modo distingui voluit, iis anteferri meretur? Non inepte qui haec affirunt.

Sotterio  
dubii.

runt. Ipse ARISTOTELES vii HOBESIVS notat e) *naturam matrem inaequalitatis esse censem*. Sed responsio est in promtu. Difficillimum sane est de hac re iudicium, in quo major sit naturae splendor, ac beneficentia. In tanta enim corporis animique bonorum multitudine vix vñquam scire poteris, vnum si huic desit, quo aliis praeditus est, an eidem non aliud datum sit, quo ille caret. Vides hunc in aëcipienda corporis forma ac venustate fautricem præ coeteris habuisse naturam, coeteros autem animi dotibus eum superare. Illum manu fortissimum conspicis maximisque oneribus ferendis aptum, at ingenio debilem nullique fere rei capienda parem. Alius contra consilio et sapientia plus valet, quam corporis viribus. Et interdum ii, quibus maxima naturae præstantia inesse videtur, non nisi vitiorum ac defectuum dissimulatione rapiunt nos in admirationem. Ecquis in hac re aliquid certi definire aut maiorem in alio naturae nobilitatem affirmare ausus fuerit? Praeterea licet aliquam inaequalitatem concedam, tamen in statu naturali pro aequalibus omnes erunt habendi, eum non sit, qui de eo iudicium ferre possit. Ea enim fere indeoles est hominum, ut quisque quanquam stupidus, rectius tamen se sapere aliis arbitretur.

### §. XVIII.

Accedit II. ingeniorum dissimilitudo ac depravatio. Continua-  
Res est quæ paene in sensu incurrit, maximam esse in-  
gemiorum varietatem ac dissensionem. Aliud semper  
alii sentiunt, aliud adpetunt, aliud volunt. Inde dissidia,  
iurgia, contentiones, opprobria, rixae, caedes. Maxi-  
mè si accedat immoderatio, intemperantia, alieni eripiendi  
cupiditas ac defraudatio quæ luxuriae confectatrices  
sunt. Fingas iam non esse, vt in statu naturae vere non  
est, qui ferocitatem aliorum cohbeat, infestos et impios  
aliorum conatus reprimat; qui alios ab iniuria defen-  
dat

dāt ac tucatur; qui lites dirimirat; iusta iudiciorū ordinatio omnia bene constitutā; sōntes plectat; horumque omnium non modo ius, sed, quod maximum est, potestatem quoque habeat. Quanta, quam foeda et truēta bella inde nascitura putas? Quid iratus facias, furōte percitus, facie incandescens, dentibus frendens, nisi verendum ei esset, ne sceleris paenam lueret. Ex miserrimum, ni fallor, bellum, quod vniuersae hominum societati perturbationem inducit. Praeclare enim **GRATIVS: iudiciis cōfabantibus bellum incipere.** f) Et quia nihil impedit, quo minus quisque cuicunque libuerit in statu naturae inferat, optime bellum omnium aduersus omnes vocari posse iudico.

### §. XVIII.

Ostenditur ratio sequentia tractatio-  
nis  
Hinc facili negotio intelligi posse ego quidem cre-  
diderim, quāmodo ex intermissa iustitiae administratio-  
ne et publicorū iudiciorū conturbatione aliquando  
etiam in ciuitate eiusmodi status oriri possit, quem hāut  
incommode bellum omnium aduersus omnes vocaueris.  
Imperium enim est id, quod libertatem naturalem tol-  
lit. Ex intermisso imperii exercitio fieri itaque potest  
vt homines in statum naturae redire videantur. Id quod  
in primis accidit bellorum aliarumque reipublicae cala-  
mitatum diuturnitate, cum iudiciis paene extinctis, pri-  
uato quisque ausu vim alteri impune infert, mala quibus  
libuerit infligit et vt breuibus me expediam, ius belli  
fibi sumit. Talem vere fuisse quondam rerum in  
Germania statum, ex eiusdem historia nunc vberius illus-  
trabo, probatae semper fidei auctorum testimonia ad-  
hibens. Quocirca iam ad alteram tractationis partem  
transeo.

### SECTIO

f) lib. 11. c. 1. de iur. b. et p.

S E C T I O . II.

Q V A E C O N T I N E T E O R V M Q V A E  
H A C T E N V S E X P L I C A T A S V N T , E X  
H I S T O R I A G E R M A N I A E I L -  
L V S T R A T I O N E M .

---

§. XX.

**I**ncido iam in tristissima illa Germaniae tempora, *Defaids* quibus frequentissimis priuatorum ac ciuium bellis generatim vexabatur et intestino motu omnino direpta fuisset et lacerata, nisi prouida diuini numinis cura fecisset horum malorum finem. Vocantur illa priuatorum certamina *Faidae* siue *Fedne* apud medii aeui scriptores *a)* germanico autem vocabulo *Fehde*, *Wefehdung* quod idem esse cum hodierno *Gefecht*, *befechten*, facile adparet ex antiquis quibusdam transactionibus, vbi ex illorum temporum genio *Wefhde*, reperitur. Illi, quibus eiusmodi bella priuata cum alio intercedebant, *Faidosi* dicuntur. De origine huius belli in Germania, eiusdem progressu ac fine sigillatim quaedam mihi erunt dicenda. Hic usus sum maxime *i. o. PHILIPP. DATTIO b)*, quippe qui ubiuis eorum, quae profert, documenta addit ob eamque caussam non exiguum inter eruditos consequutus est existimationem ac fidem. Praeterea ipse testimonia *HVLDER. MVTII, c) SIGEBERTI Gemblacensis d)* Abbatis *Vrsbergensis e) LAMBERTI Schafnaburgensis* aliorumque in hanc rem studiose collegi.

§. XXI.

*a)* vid. *DUFRESNE* glossar. voce *faida*.

*BERTI* Abb. de Monte ap. *PRAESTORVM* loc. cit. tom. i. f. 477.

*b)* in eo quod conscripsit rerum Germ. volum. seu de pace publica.

*e)* in chronico usque ad an. 1230.

*c)* dorebus Germanor. apud *PRAESTOR.* scriptor. rer. Germ. tom. ii.

postea continuavit *CASP. HEDIO* in paralipomenis ad Abbatem Vr-

*d)* in chronograph. cum adp. x o-

spergensem, prodiit optima edit.

*Basil. 1659. f.*

## §. XXI.

*Faidae et duella longe differunt* Rem ipsam nunc adgredior. Si horum, quae *Faidae* adpellari solent, bellorum originem inquiramus, diligenter illa debent discerni a duellis veterum Germanorum, quorum mos peruerso quodam iudicio ac superstitione inductus, ab antiquissimis iam temporibus apud ipsos obtinuit. Duella enim inter ea referebant, quae stulte dei vocabantur iudicia f) cum turpia sane essent, iniusta et homine ratione vtente plane indigna. Ineptis enim istiusmodi veritatis explorandae adminiculis deo quasi modum praescribere audebant, quid agi vollet, declarandi. Tria erant potissimum eorum genera, quae fiebant per candens ferrum g), per aquam aestuantem h) et duellum i). Duellum itaque adiumentum exquirendae veritatis existimabant, tanquam ex peculiari dei mandato certi essent, qui gladio succumberet, iure nunquam superiorem esse. Quare eiusmodi iudicia duellica non iis modo, qui eorum ope criminis suspicionem a se declinare cupiebant, concessa, sed vltro saepius obligata et iussu magistratus iniuncta sunt. Idque vocatur etiam ius campionum (das Kampf-Recht) adeoque ad ea pertinebat, quibus quis honorem aut innocentiam vindicare ac probare tenebatur.

## §. XXII.

*Quid fida fuerit pluribus indi- catur* Longe alia est *Faidae* ratio, quae erat hostilis in alterum, eius familiam et omnia eius bona inuasio privato

f) conf. AD. RECHENBERG. in hierolexico reali voce iudicium dei p. 861. IAC. THOMAS. VS de variis duellorum generib. G. E. CASPAR. KIRCHMAIER. ad TACIT. de morib. Germ. p. 177. sqq. praeclare de illo more: *Martialia erant illa secula, non legalia.*

g) vid. ALB. CRANTZVS Saxon. lib. IIII. cap. 32. eiusque rei exemplum exhibet, CAR. SIGONIVS de regno Ital. lib. VII. et SIFFRIDVS in epitom. lib. I. ad an. 988.

b) GOLDAST. rer. Aleman. tom. II. part. 2. f. 178.

i) CAR. M. Capitular. lib. III. cap. 46. Si actor venerit - campo contendans.

uato ausu tentata et cuius in omnes licita. Perditae enim hoc erat licentiae vitium, ut quisque, qui sibi in alium aliquid iuris esse arbitrabatur, praevia modo belli denunciatione, aliquot ante diebus facta, impune eum adgredi et vti volebat cum ipso agere posset. Ille denunciationis actus barbaro vocabulo diffiduciare vocatur, germanice absagen, et literae quibus siebat, diffidatoria dicuntur (Fehde-Brief). Facta ex pracepto aur. bull. A) tali denunciatione, aggressor suo iure et optima fide agere existimabatur eique priuato aduersus priuatum omnia licebant, quae alias bellum sollemni inter gentes more indictum sequuntur. Vnde formula orta est illis literis plerumque adiecta: und will desen meine Ehre gegen Euch und den Euren bewahret haben 1). Nullum est in ciuitate tam horrendum et inhumanum facinus, nullum adeo nefandum flagitium, quod ille non iure in alium admittere putabatur, qui infensum modo ipsi animum ante declarauerat. Sed iure quasi et lege munitio omnem alter in alterum exercet barbariem. Aedes inimici obsidere, earum dominum vi an insidiis capere, male habere, insano in eum furore desfaeuire, imo necare et si quae alia esse possunt immanitatis in hominem genera, afflictis illis temporibus moris visum est. Tecta diruere, vineas, agros incendere et vastare; quae quisque volebat violenta manu extorquere, rapere et igne ferroque grassari, fas habitum. Ex alieno sudore opimae saepius praedae actae et quae alii multorum annorum labore parauerant, vnius interdum horae spatio amissa. Quod vnis perficere non poterat, plurium in societatem sceleris coeuntium opera factum. Facilior enim vti vere Tacitus sentiebat, *ad bellum consensus inter malos, quam in pace ad concordiam.* histor. lib. 1. cap. 54. Omnis itinerum securitas sublata: nulla domi tranquillitas: vndique insidiarum metus: consociatio et com-

C

mu-

1) in titulo vom Absagen. M.A.N. in chron. Spirens. lib. vii.

1) vid. CHRISTOPH. LEB. cap. 89. seqq.



munitas inter ciues dissoluta: perpetuae turbae. m) Itaque laxatis aut perruptis potius reipublicae vinculis, mox dilapsura videbatur.

### §. XXIII.

**Continua-** Profecto funestus Germaniae adspectus et tristis il-  
lorum temporum memoria. Nec enim vlla maior co-  
gitari quidem potest ciuitatis calamitas, illa, qua subditi,  
ciues et vicini in tantam se effundunt rabiem, vt caedi-  
bus et innocentum sanguine manus polluant et gladium,  
quo aegre in hostes vtendum erat, in viscera ciuitatis  
vertant. Adiungere hic libet e capitulari quodam inter  
alia apud DATT. allegato n) sequentia: *nescimus qua per-*  
*noxia inuentione usurpatum est, vt bi, qui nullo ministerio*  
*publico fulciuntur, propter sua odia et voluntates diuersissimas*  
*pessimas, indebitum sibi usurpent in vindicandis proximis et*  
*interficiendis hominibus et quod rex saltem in unum exercere*  
*debuerat propter terrorum multorum, ipsi impudenter in*  
*multis perpetrare non metuant propter odium.* HVLD.  
MVTIVS multas per Germaniam arces fuisse commemorat,  
in quibus praedones habitabant, qui rapinis vicitabant nullumque iter tutum esse sinebant. o) et HERM. CONTRACTVS p)  
multi inquit nobiles ciuili bello perierunt. Sed vnde haec  
mala enata sint et quid tali miseriae occasionem dede-  
rit, nunc inuestigamus.

### §. XXIII.

Eius initia Constat quidem fuisse quasdam gentes tam agrestes,  
vbi barbaras atque incultas quae, cum nullo vterentur le-  
ponenda;

m) LAMBERT. Schafnaburgens. RIVM loc. cit. tom. II.  
de reb. German. ad an. 1072. satis p) ad ann. 1063. Notabile exem-  
perfpicue de hac re loquitur. item plu- ARNOLDI praefulsi MO-  
CONRAD. Vrspergens. ad an. IIII6. Scidebatur, inquit, inter haec regnum GUNTINI misere a Moguntinen-  
Teutonicum et unusquisque non quod sibus interfecti incenso ac praeda  
religum sed quod fibi placitum videba- vastato, vbi tum erat, monasterio,  
tur, faciebat, vid. eundem ad an. IIII7. profect DODECHINVS in adpend.  
n) de pace publ. lib. I. cap. I. ad MARIANI Scoti chron. in ann. 1160.  
o) lib. x x. f. 184. ap. PISTO.

gum aut iudiciorum moderamine, omne in viribus habebant ius et quo quisque corporis robore erat poterior, eo quoque causa alios superabat. Graece *χειροδοκίας* vocant, quoniam manu de iure certabant indeque iuris manuarii (das Haustrecht) origo adparet. Nolim tamen ego quidem huius pestis, qua populi Germanici etiam infecti fuerunt, primordia ex antiquissimis eorum moribus repetere. A veritate enim omnino alienum videtur statuere, in tantam prolapsos esse licentiam, nisi ob defectum iudiciorum. Sed testem habemus TACITVM q) eius adhuc temporibus Germanorum iudicia recte fuisse constituta, quorum publica auctoritate omnia gerebantur. Nec est quod quispiam obiiciat, maximam semper fuisse Germanorum libertatem et reges nomine magis quam re existisse, eodem Tacito auctore, r) rex vel princeps -- audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate; si displicuit sententia, fremitu aspernantur. Quanquam enim vera haec sunt nec unquam fere Germani se ita regibus subiiciebant ut eorum arbitrio plene adstringerentur, summa tamen potestas penes concilium erat sive comitia, in quibus, quae magna videbantur negotia direpta fuisse legimus. s) Per pagos principes erant constituti, qui ius exercerent, quod tamen magis erat consuetudinis et acquisitatis eorum, qui dicenter, quam scriptae legis. Iisque adiungebantur singulis centeni comites ex plebe, qui, vti verisimile est, iterum angustioribus regionum districtibus praefecti erant. t) Paenarum praeterea multa erant genera, et supplicii diuersitas ex grauitate delicti metienda, vt et ob leuiora delicta certo pecorum numero conuicti multarentur. u) Quae cum ita sint, illa aetas barbari eius,

C 2

de

q) de motib. Germ. cap. 12.

r) de mor. Germ. cap. II.

s) conf. 40. IAC. SORBER de iurisdiction. et magistrat. differentia secundum mores Germ.

t) TACIT. I c. cap. 12.

u) vid THOMASIVS in diss. de

comitiis veter. Germ.

de quo iam mihi sermo est, moris expers adhuc fuisse  
videtur.

### §. XXV.

**Ad postera tempora debent referri** Ad postera potius tempora eius initia referenda videntur, ita tamen ut, quo praecise tempore coeperit, certe definire non audeam, omni in hac re auctoritate destitutus. Qualis igitur mea sit aliorumque de eo opinio, quae ad veritatem maxime mihi quidem accedere videtur, explico. Bellorum tum ciuilium tum externorum rabies, quibus Germania nostra fere semper est vexata, statum eius publicum paulatim euertere videbatur. Inter sexcenta alia pestifera mala tantam inducebat iudiciorum perturbationem, ut aliis plane sublatis, aliis male affectis, aut nulla omnino esset, aut mutila certe iustitiae administratio. Id quod fere semper vsu euenire videmus, inter arma silere leges, exulare ius. Vnde enim cum metus principes cingeret, vnde hostis consiperetur, minus internorum malorum curae intenti, de hac miseria remouenda aut non erant admodum solliciti, aut si quid inirent consilii, opibus exhausti persequi id non poterant. In turbulento harum rerum statu scelesti et impii homines tanto ferociores erant, cum impune se id laturos praeuiderent. Recte enim GROTIUS: *nisi potestas publica esset, alter alterum viuum deglutiret.* <sup>w)</sup> Illis vero, quibus iniuria data, cum non esset legum praesidium, nullum in rei iustitia patrocinium, nullum ad auctoritatem iudicis refugium, sane nec aliud iniuriae repellendae subsidium erat relictum, nisi quod in ipsorum viribus positum. Inde in certamina tandem proruebant et quocunque modo poterant, damnna sibi inuicem inferebant. Et ut in omni re fieri solet, ut malum quo magis inueterascit, eo grauius existat; sic atrocitas hominum et immoderata vindicandi libido non mature cohibita in publici belli licentiam

w) cit. loc. lib. I. cap. 44.

tiam tandem erupit. Illud itaque, quod lege nunquam erat permisum, temporum vitio, pessima consuetudine receptum ita firmiter postea Germanorum animis infixum haesit, ut non nisi deferuerente paulatim furore et nausea, vt ita dicam, suscepta caedis ante factae et sanguinis effusi, euelli potuerit.

### §. XXVI.

Quae de origine *Faidae* vt vocant, hactenus exposui, Huic affirmationi  
modo  
fides con-  
ciliari  
possit. haut improbabili argumento ex eo confirmari posse vindicentur; quod nunquam de pace restituenda cogitandum fuit, nisi eodem tempore cura iudiciorum melius constitutendorum imperatorem et principes Germaniae sollicitos haberet. Neque prius vnum effici potuit, quam de altero erat prouisum. Quare omnes constitutiones et leges publicae his turbis sedandis inidoneae fuerunt, inutiles atque inanes, quamdiu illarum fons non obstrueretur, nimurum depravata iuris administratio. Quid? quod publicis interdum sanctionibus ius aut vt verius dicam licentia belli priuatis concessa est, eo quidem casu, cum ipsis iustitia aut negata aut longius producta fuerit. In his est *Reformatio*, vt vocari solet, *FRIDERICI III.* de qua postea mihi dicendum. Efflorescente autem iterum, quae hactenus consenuisse aut plane extincta videbatur iustitia, et quo facilius emergeret, imperii vinculis arctiori nexu colligatis cameraeque iudicio constituto, pax demum stabilis et perpetua Wormatiae conclusa, ab imminente interitu vniuersam Germaniam liberauit. Ex quo facile potest intelligi, cum nullum fuerit maius publicae tranquillitati reparandae praesidium, quam recta iudiciorum constitutio, nec ullam fuisse ruptae per Germaniam pacis indeque sequuti belli ciuilis grauorem caussam, nisi pessimam eorumdem conditionem.

### §. XXVII.

Quo pestilentior autem haec erat Germaniae iues, Trene  
sue pax  
dei in dies magis ingrauescens et quo certius bene sentientes

tes vniuerso imperio interitum imminere praenidebant; eo serius de mediis cogitandum censuere, quibus mature ille reprimeretur. Insignis fuit in hacre quorundam episcoporum opera. *Cum enim nulla tam ferrea gens sit vti CICERO x)* iudicat, *quae deum habendum non agnoscat*, semper sane in animis mortalium maior est religionis quam vlliis rei vis. Sed iam desperatis rebus et Germanorum animis multorum annorum libertatis abusu paene induratis, cum nulla spes esset, illa priuatorum bella uno posse aboleri tempore, eo saltem entendum putarunt, vt certis diebus quasi induiae fierent et sic mens temporis interuallo paulatim a furore reuocata, ad humanitatem rediret. Id vt efficerent, talem inierunt rationem. Instructos se aiebant mandatis diuinis, vt pacem restituerent y) illis praeſertim diebus, quibus maxima nobis a deo et salvatore optimo collata sunt beneficia. Nefas enim esse eorum memoriam inter arma et bella extingui, omnem cultum dei negligi, sacra turbari, eorumque ministros saepe gladiis peti. Quare ne quid omnino his diebus molirentur, deum ipsis praeципere. Proinde illas inducias a bellico furore statutis diebus indictas pacem dei vocabant itemque *Treugam* siue *Treuiam* dei a germanico Treue q.s. fidem iussu dei habendam. Erat itaque *Treuga* a bellis priuatis feriatio et illi, quibus erat obſeruanda, dies, feriae sunt dicti. z)

### §. XXVIII.

Initia  
Treugae

Initia huius *Treugae* referri debent circiter ad an. 1032. a) Habet DATTIVS b) constitutionem episcopi Leodiens. de ann. 1071, ex AEGIDIO ab Aur. Vall. huc spe-

a) lib. I. de legib.

y) SIGEBERT. *Gembacens.* loc. cit. ad ann. 1032. *caelitus sibi delatas esse literas, quae pacem monerent re-nouandam in terra.*

z) NICOL. MORON. de Treu-ga et pace. STRAVCH. in diss. de in-duciis.

a) vid. auctores modo citatos.

b) de pac. publ. lib. I. c. I. §. 72.

**spectantem:** *Nemo* (scil. illis qui ibi nominantur diebus) *arma ferat.* -- *Incendia, praedas, assultus nemo faciat.* *Nemo fuste aut gladio aut aliquo armorum genere usque ad collisionem membrorum aut internectionem in quemque desaeuiat.* *Quod si hoc fecerit homo liber, hereditatem perdat, beneficiis priuetur, ab episcopatu pellatur.* *Seruus autem amittat omne quod habet et dexteram perdat.* Duplex erat eiusmodi *Treugae effectus*, respectu rerum sacrarum et quibus praeerant, ut penitus ab inuasione et diffidandi licentia eximerentur; intuitu coeterorum, ut certis modo diebus a belli periculis essent immunes. c) Ex actis conciliorum ap. eundem DATTIVM allegatis d) intelligo quidem, dies bellorum priuatorum feriis variare, in eo tamen fere omnes conueniunt, ut a *quarta feria* hoc est, die Mercurii, post occasum solis usque ad secundam feriam, id est, diem lunae in ortu solis, *Treuga* obserueretur. Et secundum constitutionem quandam inter Alsatiæ proceres stabilitam e) semper in quartae feriae vespera pacis dei aduentus sonitu campanarum indictus est. A *Faidæ* licentia igitur erant exempti dies Iouis sacrae caenae institutæ memoria sanctus et qui eum excipiunt Veneris, sabbathi et dominica dies, mortem saluatoris; eius in sepulchro quietem et gloriosam resurrectionem annunciantes. De reliquis temporibus ex memorata constitutione sic habe: *buius autem conditionis obseruantiam in dies et tempora considerate distributam a vespera scil. quartae feriae usque ad ortum solis feriae secundae et in legitimis Vigiliis et in canonisatis sanctorum festivitatibus et in quatuor ieiuniorum temporibus et ab aduentu domini usque ad octauam Epiphaniae et a septungesima usque ad octauam pentecostes iureiurando sanguine sanxere.* Sed acerbæ illius aevi scriptorum querelæ satis indicio esse possunt, hanc *Treugam* a multis non

c) IO. SCHILTE R. Institut. iur. cap. 248.  
canon. add. lib. I. tit. 7. §. 23. pag. d) loc. cit. I. I. cap. 2. §. 16. seqq.  
604. seqq. Ius Saxon. prouincial. e) apud GOLDAST. constitution.  
lib. II. art. 66. item Suevic. imper. tom. II. §. 47.

non pro eo ac debebat, seruatam fuisse. Ex his Abbās *Vr-*  
*spurgensis. f.) Nullam temporibus vel personis distantiam ex-*  
*hibentes (respicit ad inducias ex pace dei seruandas,) ut*  
*dici solet, rapere et deperdere, inuadere et occidere nilque per*  
*omnia vičis reliqui facere satagebant. Et eodem fere locō:*  
*solus nostrae gentis populus in peruerſitatis inolitae pertina-*  
*cia incorrigibiliter perſtitit. Illa de qua hactenus dixi, *Treuga**  
*addito vocabulo canonica qſ. ex canonum dispositione*  
*seruanda, distingui ſaepius ſolet, ab ea quae conuentio-*  
*nalis dicitur et erat priuatorum pactio seu consensio de*  
*ſeinuicem non laceſſendis. Fiebat autem, aut nulla p̄rae-*  
*uia inimicitia et hostili impetu, aut si quid horum ante-*  
*cederet, p̄aefita alterutri parti ſatisfactione et mutua*  
*ſecuritatis promiſſione.*

### §. XXVIII.

**Impera-** Quae hactenus ſecul. XI. et XII. ab episcopis in iteratis  
**tor.** conuentibus ſacris quaſi ex mandato quodam diuino  
**Germ. de** erant agitata, ut religio illibata perſiſteret; temporis  
**ea re ſolli-** ſuccesſu imperatores Germ. iure ſupremae potestatis  
**citudo.** ſue imperii perſicere ſtuduerunt. Illa enim, quae ante  
 fuerat pax Dei, eo tantum ſpectabat, ne priuatorum bella  
 religioni nimis officerent adeoque iis ad ſumnum pro-  
 curabat ſecuritatem, qui rebus ſacris erant p̄aefecti.  
 Publicam autem tranquillitatem restituere, non erat eo-  
 rum cūræ, quibus ſacrorum custodia et administratio  
 modo tradita eſt. Huius rei potestas cum ſoli impera-  
 tori data eſſet recte cum ſtatibus imperii conſpiranti,  
 ſerius tandem de illa cogitari coeptum eſt. Sed pro  
 indole populorum Germaniam incolementium, qui ſibi  
 inueteratam licentiam detorqueri aegre patiebantur,  
 lente omnino in eo progrediendum fuit et non niſi  
 longiſſima mora interiecta plene perfici potuit. Tri-  
 bus enim integris ſeculis et quod excurrit, imperatores  
 Germ.

f) ad an. 116.

Germ. in constituta quadam pace publica operam naurunt; nec vñquam certamina illa priuata ante constitutionem Wormatianam, neque imperii legibus neque foederum nexu aboleri potuerunt. Plurimi enim principes et ciuitates nobilissimae, admodum publicae securitati stabienda conducere arbitrabantur, si in arctiorē coirent societatem, pactorumque mutuo tenerentur vinculo. Id ipsum vero, quo mederi studebant pestilentissimo Germaniae morbo, noua post exstitit dissensuum et litium inter status imperii caussa multorumque malorum scaturigo.

### §. XXX.

Quidquid igitur primis temporibus in hac parte constitutum fuerit, induciarum potius formam habet quam pacis; quanquam scio, pacis publicae nomen iam tum fuisse usitatum. Vocatur autem pax publica atque etiam profana, germanice *Landfriede* quia publicam regionum securitatem tuetur, ut distinguatur a pace dei seu religiosa, de qua ante dictum est. Complures existant apud **GOLDASTVM** g) constitutiones, quarum tamen aut nullum aut exiguum sane fuisse fructum, facile adparet, si ad ea animum aduertamus, quae sequuta sunt. Inter alia **FRIDERICVS I.** imper. an. 1187. promulgauit sanctionem de incendiariis et pacis violatoribus, qua praecepit, tribus ad minimum ante diebus, quam belli initia fiant, diffiduciandi ritus obseruetur. Cui paene consona est alia **PHILIPPI** imp. de ann. 1201. h) et eiusdem tenoris est titulus *Aur. Bull.* de diffidatione, ex quo sequentia addere libet: Als gebieten wir in Kraft gegenwärtiges Gesetzes ewiglich zu halten, daß solche Entsaugung, welche Herren oder Personen sie also jetzt oder in künftig begegnen und wiederfahren möchte, hinführō durchaus keine Kraft haben noch sich gebühre unter dem Schein öffentlicher Absagung einen anzugreifen und zu überfallen, weder mit Brennen noch Rauben NB.

D

es

g) tom. 111. fol. 312. sqq.

h) ap. **GOLDAST.** loc. cit. f. 367.

es sey dann daß dieselbe Entsalung drey Tage dem Entsaltem selbst oder an der Statt, da er zu wohnen pflegt, öffentlich verkündigt und daß man solche Verkündigung mit glaubwürdigen Zeugen erweisen könne. Ex his satis patere arbitror, his legibus non aboleri priuata certamina sed permitti potius et caueri modo, ne quis imprudens et imparatus opprimatur. Quo factum est ut contagio istius mali latius indies serperet, in primis post mortem FRIDERICI II. quae incidit in annum 1250. oboto in Germania magna interregno, cum tanta esset inter principes dissensio atque discordia. i)

### §. XXXI.

**Pax publi-** Imperante WENCESLAO in conuentu Egrano ann. ea WEN- 1389. pax publica vniuersi imperii constituta est. Cuius CESLAI. tabulas ante ineditas in lucem emisit Dattius. k) Constat artic. XLVI. ad eamque tuendam ordinatur artic. 2. ut quatuor ex principibus totidemque ex ciuitatibus constituantur quibus imperator praefectum adiungere sibi vindicabat: und darza sollen die obersten Kurfürsten, Fürsten, Graven, Viere und die Stede auch Viere geben, darüber wir obgenannt König Wenzlave von königlicher Macht einen gemeinen Obman erkorn und geben. Vi huius constitutionis foedera specialia inter principes, ciuitates et ipsum imperatorem pacis stabiliendae caussa inita, dissoluta sunt atque rescissa, ex art. 34. Auch soll der gemeine Bund der gemeinen Stede, der bisher gewesen ist, absin und sollen deheinen mere machen. Auch soll die Eynunge die zwischen uns und den Fürsten und Herren gewesen ist auch absin in der Maße als hernach geschrieben steht. Duella autem reo aut sponte aut iussu magistratus subeunda licita relictia art. 36. Sed ut istiusmodi constitutiones erant tantum induciae, quibus finitis mox ad barbarum Germani morem redierunt; sic huic quo-

i) H. M V T I V S loc. cit. lib. XXI. f. 191. ad ann. 1256. ex illa dissensione scil. durante interregno) emanarunt misericordis mortalibus male infinita vid. Fragmenta V R S T I S I I f. 93. k) de pac. publ. lib. I. cap. 9.

quoque paci terminus sex annorum erat praefixus art. 43.  
Quam deinde ann. 1398. Francofurti in decem annos ex-  
tentiam vide apud LEHMANNVM.

### §. XXXII.

Sub imperio SIGISMUNDI in comitis 1431. Norim-  
berga habitis, pacis publicae constitutio iterum prae-  
cipua erat deliberationis pars praeter expeditionem ad-  
uersus HUSSI ad seclas suscipiendam. Namque principes  
metu districti negabant se prius copias aduersus eos mis-  
furos, quam publica stabiliretur pax atque securitas, sal-  
tem usque ad redditum ex bello. Quocirca imperator  
tenebatur publica eam lege ann. 1431. qui erat annus  
comitiorum, promulgare. m) De eadem re negotia re-  
peti coepérunt in comitiis Egrae eiusdem imperatoris  
auctoritate 1437. indictis, n) sed morte ipsius citius sunt  
interrupta, quam certi aliquid decerneretur. o) Quare  
eius successor ALBERTVS II. pia harum rerum sollicitu-  
dine inductus, in comitiis Norimbergensibus anno se-  
quente saluberrimam sanxit constitutionem de plena  
diffidationum abolitione, de austregis constituendis,  
dilectionis inter principes dissidiorum causa, de im-  
perio in circulos diuidendo et iudiciis reformatis.  
Quae tamen formula a consiliariis caesareis exhibita,  
nunquam promulgata nec in vim legis publicae trans-  
iisse videtur. p) Vberius eiusdem capita enumerat III.  
SCHMIDIVS. q) Séquenta est mox imperatoris optimi  
mors r) et alia adparuit constitutio illi Albertinae plane  
contraria, nimurum Reformatio, vti vocatur, FRIDE-  
RICI.

D<sup>2</sup>

- 1) chron. spir. lib. vii. c. 63.
- m) v. D A T T. l. cit. lib. i. cap. 22.
- n) praecepta consultationis ca-  
pita exhibet LEHMANN lib. viii.  
c. 92.
- o) conf. E B E R H. W I N D E C K .  
in hist. Sigismundi ap. M E N C K E N .  
script. rer. Saxon. tom. i. p. 1073.
- p) SCHILTER. instit. iur. publ.  
tom. ii. p. 339.
- q) in der Reichshistorie Alth.,  
9. G. 477.
- r) PAUL. LANGIVS in chron.  
Citizenii ad ann. 1438. ap. PISTOR.  
tom. i. f. 755. sic de eo: Non equi-  
dem plene bienniq; imperium tenuit, cla-

SIGIS-  
MUNDI  
ALBER-  
TI II.  
FRIDE-  
RICI III.

RIC: III. de ann. 1442. s) Cum vero non ante de mediis esset cogitatum, quibus publica tranquillitas inuiolata persisteret, neque de arctiori imperii vinculo, neque de meliori iudiciorum ordinatione, sed illa, quam Aur. Bull. dederat diffidandi libertas, noua nunc lege confirmatur; facile erit iudicare nullam hac ratione languescenti imperio open fuisse adlatam, sed plus detrimenti quam utilitatis inde cepisse Germaniam. Nihil fere continebat nisi repetitionem eorum, quae superioribus imperii constitutionibus iam decteta erant. Maxime versabatur in restringenda quam dixi, libertate et quasi temporamento quodam summi rigoris circa personas rerumque vastationem. Namque ex illius pracepto ab inuasionibus immunes esse debebant omnes clerici, peregrini, negotiantes, aegroti, puerperae, agricultae etc. Itemque templa, caemeteria, instrumenta et animalia ad agrum colendum necessaria, vineae, pomaria et quae sunt alia, intacta relinquenterunt mandatum est. Verum haec omnia non noua erant, cum iam saepius de iis esset statutum, ut pace publica WENCESLAI et alias. id quod praecipuum est in illa reformatione continetur eiusdem paragr. 6. vbi incendia penitus interdicta sunt: und soll auch niemand brennen und brandschatzen, Feuer schießen oder einlegen, weder Tages noch Nachts, es sey in offener Fehde Feindschaft oder ohne Feindschaft.

### S. XXXIII.

Quae<sup>1</sup> Nulla igitur fere fuit huius constitutionis vis ad res postea de staurandam tranquillitatem; t) Inprimis cum praeses hac re acta fuerint

*mannes populo, quod tanto principe di-*  
*gnus non fuerit mundus.* HVLD.  
 MVTIVS de reb. Germ. lib. xxviii.  
 ad ann. 1436. tali euvidem encomio  
 ornat: *Illi omnia erant quae ad bo-*  
*rum imperatorem pertinent, facultas*  
*qua poserat et fortitudo animi et*  
*corporis, qua audiebat exsequi negotia*  
*reipublicae necessaria.* BARTHAE

VOLATERANVS (MAFFBIUS)  
 commentar. lib. XXIII.

t) apud CVLPISIVM inter do-  
 cumenta AEN. SYLVII hist. addi-  
 ta pag. 129.

t) AENEAS SYLVIVS culpam  
 in imperatorem transferre videtur,  
 Europae description. cap. 22. multa  
 sunt in hoc caesare quae laudare

Romanus afflictis christianorum in oriente rebus, Constantinopoli capta, u) imperatori bellum aduersus Turcam non suaderet modo verum obtruderet. Quo factum est, ut noua rerum in Germania oriretur perturbatio et in extremam omnes prolaberentur barbariem. Multa deinde Ratisbonae, Neostadii in Austria, Norimbergae aliquique de reficienda Germania iniutiliter deliberata sunt, donec diuina tandem gratia felix ille dies illuxerit, quo, pace Wormatiana infelicissimum Germaniae bellum in perpetuum extinctum est. Cuius quidem rei historiam breuibus attingo. Insigne omnino illius praesagium et primum quasi fundamentum fuit sanctio Friderici et Maximiliani filii, statuum imperii consensu in comitiis Francofurtensibus die xviii. Mart. 1486. promulgata, qua stabilis per vniuersam Germaniam pax in decennium constituta est. Status enim imperii eam vehementer vrgebant antequam auxilia aduersus Hungarum et Turcam ab imperatore petita adnuerent. w) Huius pacis quoad pricipua capita eadem fere, quae Wormatiensis formula est, ut nihil fere nisi tempus interesset videatur; et quod ante in decem modo annos sancitum erat Wormatiae tandem in perpetuum est productum. x)

Pactis  
Wormatianae breuies historiae.

#### §. XXXIV.

Defuncto nimirum FRIDERICO imperatore, cum non-  
dum elapsus esset terminus pacis Francofurtensis, prima  
celebrauit MAXIMILIANVS Wormatiae imperii con-  
ventum ann. 1495. Causae horum comitiorum prae-  
cipuae erant auxilia aduersus imminentem Turcae in  
Croatia

posse - - in rebus autem gerendis. s. cccc. SABELLICVS enead. lib.  
x. c. 6. Fascicul. tempor. loco mo-  
dico cirato.  
w) MVTIVS lib. XXVIII. ad  
ann. 1486. Fecit autem Fridericus  
banc pacem, ut christianis uicaret bel-  
lum aduersus Turcau gerere.  
x) LEHMANN. lib. vii. c. II7.

u) AEN. SYLV, loc. cit. c. 5.

Croatiam reliquaque imperatoris terras haereditarias impetum et Gallorum subitas in Italia progressiones. Exstat apud DATTIVM y) inter alia acta comitialla Wormatiensia propositio caesarea; illa quid in sic §. 2, Darzu seyn ihnen auch, als seine Majestät nicht zweifele, fürkommen, wie der Türk sich iezo in so große mächtliche und ernstliche Rüstung und Stärkung geschickt und eine solche Menge Volks bey einander haben soll, als er bey Menschen Gedanken ie gehabt; in Meynung den künftigen Sommer einen gewaltigen Zug durch das Land Croaten fürzunehmen §. s. w. z) et §. 3. zum andern hätten sie gut Wissens des Bedrangs, Beschwerung und Fürnemens so der König von Frankreich gegen unsren heiligen Vater den Pabst und den Wallischen Landen - - geübt und noch in täglicher Uebung wære - - Solches alles habe seine königliche Majestät mit mannigfaltiger Betrachtung ermesssen; deßhalben einen gemeinen Tag allhier fürgenommen, und alle Stände des heiligen Reichs dazu erforderet. Quae ab imperii ordinibus responsa sunt, leguntur ibidem actor. comitial. art. xxv, in fine: Dass vor allen Dingen nuz und gut, auch grosse Nothdurft seyn, richterlichen und förderlichen Gang des Rechten am ersten zu bestätigen, auch Frieden und Einigkeit in allen teutschen Landen zu machen, und dermazhen zu verschen, dass es bestendlich und bleiblich gehalten und vollzogen werde.

Periculi urgentis necessitate imperator compulsus, pacis negotium maturauit et quae videbantur, consenteiente imperio ordinauit, præsertim de iudicio cameræ recte constituendo, Faidis penitus abolendis, et iudiciorum sententiis rite exsequendis, adiectis quibusdam de communi denario aliisque sanctionibus. Talia apud DATT. actor. comit. art. lxx. habentur: Als haben wir durch das heilige Reich und teutsche Nation einen gemeinen Frieden fürgenommen, aufgericht, geordnet und gemacht, richten auf.

y) lib. v. cap. 7.

z) MVTIVS lib. XXVIIII. f. christianam religionem proficere. Turca enim utebatur multo tunc.

ges, ordnen und machen den auch, in und mit Kraft dieses Briefes, also das von Zeit dieser Bekündigung niemand, von was Würden, Standes oder Wesens er sey, den andern befehden, herawben, bekriegen, fahen, überziehen, belegern . . . soll . . . sondern wer zu dem zu sprechen vermeynet, der soll solches suchen und thun an den Enden und Gerichten, da die Sachen hievor oder iezo in Ordnung des Cammer-Gerichts verräudignt seyn, oder künftiglich werden, oder ordentlich hin gehören. Und darauf haben wir alle offene Feinde und Verwöhnung durch das ganze Reich aufgehoben und abgethan . . . von dem Röm. Königl. Macht Vollkommenheit in und mit Kraft dieses Briefes.

## §. XXXV.


Prodit igitur tandem pax illa publica die vii. Aug. Pax Wormatiae  
 CIO CCCC LXXXV. inscripta: Der königliche Landfriede und Handhabung des Friedens, Rechtems und Ordnung zu Worms, Quae adiecta est paci publicae Handhabung des Friedens sc. est stipulatio seu promissio imperii statuum in eius tutelam et obseruationem. Imperator enim, quo arctius esset eius apud omnes ac singulos vinculum, fide publica et promissione ordinum imperii pacem Wormatianam muniuit, praeter paenam bis mille marcarum auri, iis, qui eam infringere auderent, inflictam. Sic MAXIMILIANVS, quod ante eum nemo efficere potuerat, tandem luctuosissimi belli, quo Germania hactenus erat concussa atque conuulsa, exoptatissimum finem fecit, restituta in perpetuum per totum imperium pace, quiete et securitate. Talis fuit eius, quod olim in Ger-

E

mania

mania obtinebat omnium aduersus omnes bellum exitus;  
 Atque illa pacis Wormatianae publicae constitutio fir-  
 missimum est carissimae patriae praesidium, pro quo diui-  
 na gratia nunquam laudibus satis efferrri poterit. Supplices  
 precamur deum, ne vulnera, quibus tum imperium no-  
 strum misere confectum fuit, aliquando  
 recrudecant.

S. D. G.



V I R O

VIR O  
PRAENOBILISSIMO ATQUE DOCTISSIMO  
STRENVO DISSERTATIONIS  
DEFENDENTI  
CHRISTOPH. CHRISTIANO  
STVRMIO  
P R A E S E S.

**E**x quo die ad amicitiam TVAM haeccedere mihi contigit, praeter insignem ingenii benitatem, semper in TE perspexi maximum literarum amorem, in iisque proficiendi studium ardentissimum, ita, ut facile, qualis futurus sis, praeuiderem. Nec inanem esse, quam mente de TE concepi, opinionem, luculenta nunc ratione demonstras. Namque solidioris doctrinae copia instructus, in publicum prodis conspectum, ut, quantas iam in literarum studiis feceris progressiones, cuique testatum facias. Gratulor TIBI ex animo de praeclaro eruditio[n]is TVAE documento deque p[ro]lausu, quem consequiturum TE omnino augurari mihi licet; sed magis adhuc de eo, quod non ex eorum numero sis, qui partes suas se satis ex-

pleuisse arbitrantur, si sapientiae et religionis praecipita recte percepint, licet ad vitam agendam iis non videntur. Verius T E sapere intelligo, qui in eo semper laborandum statuisti, ut elegantia vitae non minus quam scientiarum splendore TE iis, qui bene tibi cupiunt, probares, et morum integritate omnium tibi animos conciliares. In his ego quoque, quem pietas TVA, humanitas et egregia indoles ita cepit, ut, quanquam rebus TVI's utiliores multos, amicorem certe habeas neminem. Interim si quid officiis adiuuare TE potero, nunquam me tibi defuturum, fac existimes. Felici perficias successu, quae laudabili conatu coepisti. Deus omnium bonorum auctor orget TE aliquando iis, quae indefessa virtutis et literarum studia TVA merentur, preemii. Vale.

Dabam Jenae die vii. ante calend. Octobr.

CICERO





